

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6888

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Newhouse, Sainte-Marie et Saint-Martial (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1162]

Lieu d'émission : Les Andelys

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de deux églises et protection accordées à l'abbaye de Newhouse.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCIV, t. 1, p. 339-341.

Dissertation critique

« 1156-1159 ou 1156-1162 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 341.

Texte établi d'après a

H., rex Anglie, et dux Norm[annie] et Aquit[anie], et comes Andeg[avie], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, justiciis, comitibus, baronibus et omnibus ministris et balivis et omnibus hominibus et fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancti Marcialis de Neuhus et abbati Gerloni et canonicis ibidem in ordine Premonstratensi Deo servientibus, ad sustentationem eorum, ut ibidem in servitio Dei permaneant, ecclesiam Sancti Michaelis de Glenteworthe et ecclesiam Sancte Helene de Kiringt[un], que sunt de meo demenio, cum omnibus pertinentiis suis, in puram et perpetuam elemosinam, pro anima Henrici regis avi mei et aliorum antecessorum meorum regum Anglie, et pro salute anime mee et pro statu regni mei et pro salute filiorum meorum ; et recepi in meam propriam manum et custodiam et protectionem et defenssionem ipsam abbatiam et abbatem, et canonicos et fratres et sorores et homines eorum et servientes et terras et possessiones et omnes res suas, sicut dominicam et specialem elemosinam meam in perpetuum. Preterea concedo et presenti carta mea confirmo omnes donationes que rationabiliter date sunt predicte abbacie et de cetero dabuntur, et quas per se vel per alios rationabiliter acquirere poterunt. Quare volo et firmiter precipio quod jam dicti canonici omnes terras suas et tenuras et omnes possessiones suas et homines suos habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et piscariis, in marescis et turbariis, in molendinis et stagnis, in toftis et croftis, in viis et semitis, in civitate et burgo, in foris et nundinis, quorumcumque sint, in transitu pontium et maris portuum, et in omnibus locis et per omnes terras meas sint quieti,

tam ipsi quam homines sui, de teloneo et pontagio et lestagio et stallagio et hidagio et wardis et operibus castellarum et pontium et parcorum et sumagiis, et de omnibus geldis et danegeldis et fengeldis et horngeldis et peningeldis et misericordiis et forisfactoris et auxiliis et wapentac[is] et hundr[edis] thrithing[is] et schiris et murdre, et de omnibus auxiliis vicecomitum et ministrorum suorum, et scutagiis et assisis et summonitionibus et tallag[iis], et de omnibus occasionibus et consuetudinibus, et de averiis suis in namum capiendis, et de omni terreno servitio et seculari exactione. Habeant predicti canonici curiam suam et justiciam, cum sacha et socha et tol et them et infangenetheof, et cum omnibus aliis libertatibus. Et si quis versus predictos canonicos de tenementis suis aut rebus suis aliquid clamaverit, seu eos in aliquo vexare vel in placitum ponere voluerit, prohibeo ne pro aliquo respondeant nec in placitum intrent, nec aliquis eos placitare faciat, nisi coram me vel coram capitali justicia mea.

Testibus : Philippo episcopo Baiocensi, Rotro Ebroicensi episcopo, Frogero archidiacono, Galfrido regis capellano, Willelmo de sigillo, Willelmo fratre regis, comite Hugone, Willelmo comite de Arundel, Ricardo de Luc[eio], Ricardo de Humez constabulario, Ricardo de Camvilla, Hugone de Baiocis.

Apud Andelium.